

LVII. CREPIS L.

(Gaertn. t. 158. Schk. t. 222.)

Calyx ovatus e foliolis aequalibus dorso convexis polyphyllus, basi calyculatus, effoetus demum co-
 status. Receptaculum scrobiculatum nudiusculum.
 Pappus simplex sessilis pilosus mollis persistens.
 Semina utrinque aequalia.

† 352. CREPIS POLYMORPHA Wallr. caly-
 cibus ovatis demum subventricosus costatis pap-
 pum aequantibus calyculoque obsoleto adpresso
 muricato-pubescentibus, corollis subtus vittatis,
 foliis lanceolatis pinnatifidis basi sagittatis gla-
 bris, seminibus oblongis striatis utrinque aequali-
 bus glabris pappo brevioribus.

α. STRICTA W., foliis inferioribus runcinatis,
 caulinis sessilibus subperpendicularibus pectinato-
 pinnatifidis integrisve, caule stricto pedunculisque
 glabriusculis.

Cr. pinnatifida Willd. sp. pl. III. 1604. Spr.
 hal. 225.

Cr. virens Hoffm. germ. II. 281. Allion.
 ped. n. 805.

Cr. stricta Scop. carn. II. 49. DC. cat. hort.
 monsp. 99. Flor. gall. V. 447.

Hieracium luteum hirsutum Chabr. stirp.
 319. f. 3.

H. chondrillae folio glabro, radice succisa ma-
 jus et minus C. Bauh. pin. 127. et 138.
 Vaill. par. 102.

β. VIRENS W., foliis inferioribus runcinatis
 flaccidis, caulinis sinuato-dentatis integerrimisve
 basi sagittata amplexicaulis, auriculis patentibus
 porrectis, caule a basi inde ramoso patulo.

Cr. virens Linn. *sp. pl.* II. 1134. DC. *gall.* V. 447.

Cr. tectorum Lam. *dict. M.* 180. *Poll. pal.* II. 751.

Cr. foliis glabris integris et varie incisus, caule ramosissimo, floribus minimis Zinn. *gott.* 428.

H. minus praemorsa radice s. Fuchsi J. Bauh. *hist.* II. 131. *Raj. hist.* I. 230. *Chabr. stirp.* 321. *Rupp. jen.* 198. *Buxb. hal.* 156.

H. minus lactuca leporina Tabern. *icon.* 182.

H. minus Fuchsi *icon.* 320.

H. chondrill. folio glabro C. Bauh. *pin.* 127. *Möris. hist.* f. VII. 7. 29.

H. chondr. fol. gl. radice succ. minus C. B. 128.

H. chondrilloides Tabern. *hist.* 494.

γ. DIFFUSA W. foliis inferioribus caulinisque amplexicaulibus lanceolato-linearibus parce-dentatis; caule decumbente ramosissimo diffuso, pedunculis filiformibus.

Cr. diffusa DC. *gat. hort. monsp.* 98. *fl. gall.* V. 448.

Cr. virens Willd. *sp. pl.* III. 1604. DC. *gall.* IV. 39.

Cr. Dioscoridis Roth. *germ.* II. 255.

Laplana capillaris Linn. *sp. pl. ed.* I. 812.

C. caule ramosissimo, foliis glaberrimis teneris integris et dentatis Hall *helo.* n. 33.

H. minus glabrum foliis eleganter virentibus C. B. *pin.* 127.

H. minus Dioscoridis Tabern. *ic.* 181.

H. arvense foliis linariae aureae similibus Schwenkf. *hal.* 27. *Buxb. hal.* 157.

Var. α. inter segetes vor der Heide, in arvis editioribus, apricis requietis (Trifolio l. Onobrychide confitis) ad Lodersleben; β. in arvis et occatis inter oléaceas in pratis glareosis; γ. in arenosis hinter Nietleben cum Jasionne montana et *H. umbellata* leptocaulo nostro.

En! novum summæ mutabilitatis plantarum quarundam exemplum cum Scorzonerae hispanicæ, Leontodontis auctumnalis, Hieracii umbellati aliorumque semiosculosorum comparandum. Sua profecto in hac quoque stirpe loci natalis indoles flagitat jura sibi que singulares omnino parat formas, primo intuitu plane alienas tamque diversas ut, in illis redigendis omnes cujuslibet ævi botanici insolita mutabilitate decepti deprehendantur. Causis directio, foliorum forma, habitus externus notas modo mentiuntur, nec ullas profecto scio nisi in florum magnitudine ejusque colore, pappo semiplumoso calycisque adpresso-calyculati forma differentias. Summam stirpis mutabilitatem veterum synonyma jam declarant, quæ, quamvis speciem certius delignant, sine figuris tamen ad formas triplices, quas statuimus, modo promiscue citari possunt. *C. Bauhinum*, qui Crepidem nostram nominibus quatuor indicavit, *Vaillantius* jam carpit. Quid verò? nonne similis ambiguitas in scriptis hodiernis denuo redit, in quibus quis propemodum auctor, *Cr. virentis* nomine *Lin.*, aliam intelligit et in quibus totidem species distinctæ enumerantur? — At teneamus, habitus externi fallaciis relictiis, notas meliores: intueamur magnum specierum in variis locis lectarum numerum et ex concentu divite notas addiscamus certas, quæ in calycis, seminum, pappi et quodammodo etiam in floris parvi communione exstant, inconcussas. Reliquæ, quas caulis directio, foliorum figura, color et aliæ quoad locum proprietates mentiuntur, in hac ut in quamplurimis aliis fallaciæ plenæ sunt et erroribus viam muniunt atque patefaciunt.

Radix fusiformis, annua. Caules angulato-striati, pube tenui farinacea adpersi, virides sæpius tamen æque ac folia inferiora purpurascetes, in var. α . stricti, superne in ramulos floriferos divisi, 1 — 2-pedales, in var. β . a basi inde ra-

mosi, ramis patentibus, r. s. $1\frac{1}{2}$ -pedales, in var. γ .
 decumbentes, graciles et maxime in arenosis apricis
 laete virescentes, rarius soboliferi et radican-
 tes (in aggeribus glareosis), in caespites densos juncti,
 digitales s. spithamei. Folia glabra aut carina
 modo pube farinacea subtilissima adpersa, forma,
 latitudine, longitudine et colore perquam varia;
 radicalia quasi petiolata, runcinata, lobis pa-
 tentibus jam integerrimis jam extus dentatis, plus
 minusve acutis, extimo ovato, oblongo, latiore,
 obtuso (var. α . apud *Cand.*), aut acuto (var. β .
D.C.), in planta florifera emarcida: caulina in-
 feriora et media in var. α . lanceolata s. linearia e-
 que iidem jam pectinato-pinnatifida (Cr. pinnati-
 fida *W.*) apice integerrima, lacinii linearibus in-
 tegerrimis patentissimis, jam in var. β . lanceolato-
 linearia, integerrima, acuminata aut in hac quo-
 que ut in var. α . pinnatifida, omnia basi sagittata,
 auriculis quoad figuram, latitudinem et longitudi-
 nem variis, jam abbreviatis, jam longe porrectis,
 integris s. in lacinias lineares cauli approximatas
 divisas, in var. γ . omnia minora, angustiora, ple-
 rumque conformia, linearia, integerrima s. parce
 vel sinuato-dentata vel profundius dentata (*H.* ni-
 grum *Tabern.* s. *H.* foliis coronopi *C. Bauh.*
pin. 128.), plerumque laete virescentia. Pedun-
 culi in var. α . et β . bi-trichotomi, exterioribus
 duobus unciam longis, intermedio duplo breviori:
 in var. γ . longiores et graciliores, simpliciores, se-
 re filiformes (*Lapsana capillaris L.*). Calycis
 congenerum more angulati, parvi *H.* florentium
 magnitudine, nobiles ovaes, peracta florescentia,
 ovato-ventricosi, apice attenuati pappum aequa-
 lem continentem, calyculo ex foliolis perpauca li-
 nearibus, brevissimis, adpressis composito cincti:
 foliola calycina oblongo-lanceolata, acuminata,
 dorso convexo glandulis basi nigrescentibus, apice
 capitato virescentibus tanquam muricata et ex pube
 farinacea interspersa plus minusve pubescentia,
 utrinque et apice membranacea, diaphana, glabra,

post florescentiam conniventia, dum semina deiciuntur, patentia, illis elapsis iterum coeuntia et demum reversa. Flores parvi, extus vittati, purpurascentes. Styli ex antheris egressi e flavo livescunt. Semina oblonga, striata, utrinque aequalia, obtusa, pappo breviora, 3 millimet. longa, glabra, dilute-fuscescentia. Pappus niveus, villosus-pilosus, mollis, Receptaculum nudum.

Crepis parviflora Desf. cat. 88. Pers. ench. II. 376. quam eo nomine ex horto hal. tuli, perquam adfinis vix nisi foliis caulinis integerrimis magisque glaucis et habitu alieno a nostra differre videtur.

353. *CREPIS TECTORUM L.* calycibus ovatis pappum aequantibus ramulisque incano-tomentosis, corollis utrinque concoloribus, foliis radicalibus runcinatis, caulinis inferioribus lanceolato-linearibus sagittatis, superioribus linearibus integerrimis, seminibus linearibus apice attenuatis asperis pappum subaequantibus.

α. RUDERALIS W., foliis caulinis inferioribus pinnatifidis, panicula multiflora densa, caule subramoso. — Hierac. II. *Tabernaem. hist. p. 492. f. 2.*

β. SEGETALIS W., foliis caulinis inferioribus parce dentatis, panicula pauciflora laxa, caule simplicissimo. — Cr. tectorum *β. segetalis Roth. germ. II. 254. Cr. stricta Schultz. suppl. 41. Flor. dan. I. 501.*

γ. GRACILIS W., foliis caulinis omnibus subintegerrimis linearibus, caule gracili 3 — 4. flo. — Cr. *Lachenalii DC. gall. V. 449.*

Var. *α.* in ruderibus, tectorum grumis; *β.* inter fagetes; *γ.* ibidem plerumque tamen in solo calcaereo s. argillaceo sterili.